

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Christian Klein

**Applausus Votivus Quo Fascibus Consularibus Viri ... Dn. Wolhardi Stinten/  
antea Senatoris, nunc Consulis Urbis Rostochii eminentissimi Fautoris &  
Maecenatis sui summi, summe honorandi Ao. 1663. 31 Ianuarii**

Rostochii: Richelius, 1663

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774669721>

Druck    Freier  Zugang



Redecker, H. R.

in W. Stindt.

Rostock, 1661.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn774669721/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774669721/phys_0002)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn774669721/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774669721/phys_0003)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn774669721/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774669721/phys_0004)

DFG

Applausus Votivus

Qvo

Fascibus Consularibus

*Viri Amplissimi, Spectatissimi, Doctissimi*

**DN. WOLHARDI Stinten/**

antea Senatoris, nunc Consulis Urbis Rostochii

eminentissimi Fautoris & Mæcenatis sui summi,

summe honorandi Ao. 1663.

31 Januarij.

Acclamat

**CHRISTIANUS Klein Ross.**


LL. St.

— 6 ( : 8 —

**ROSTOCHII**

Typis Johannis Richelii, Senat. Typogr.







Sol qui quadrijugis orbem moderatus habenis  
In sua perpetuo discernis tempora flexu  
Surgito nunc meliore comâ, nunc aureus igne  
Infice coccineo rutilantum pectora eqvorum  
Purpuream ut patulis exspirent naribus auram;  
Te roseas medicata genas, Tyriq; madore  
Eos picta togam, & nitidos temone jugales  
Candidiore regens præcedat Lucifer, alba  
Sperati nobis volventes omnia secli.  
Tu viduas tandem vestes luctusq;, perennem  
Illuviem longumq; si cum, simulacra vetusti  
Abjice ROSTOCIUM, & populum trabeata saluta.  
Jam licet sperare diem post nubila, sudum  
Post pluviosq; Javes; melior jam gemmea nebit  
Auratô Lachesis tenui tibi pollice fusô  
Secula; dejecti q; DEO, surgemus eodem,  
Supponenter manum, & pressi regnabimus olim.  
Quid querimur tandem, summi qui magna Parentis  
Pars & cura sumus? quisnam hunc oblivia nostri  
Carpere posse putet, nisi qui mortalia casu  
Impius, aut nullo coelum inspectore volutum  
Fortunâ non arte regi, nullumq; Javorum  
Dixerit? at pronus placido non annuit ore  
Oblatis precibus: quoties tu dulce vocantem  
(Tecum habita) & proprium spondentem præmia Olym-  
Neglexti surdâ Dominum male sobrios aure? (pum  
Ne precibus parsis, iterumq; iterumq; rogatus

Annuet, atq; dabit, si duxerit utile, tempus  
Pilea qvô Varnus sumet, detritaq; liber  
Ad scrupulum parcente manu qvô colla fricabit  
Cernere, & optatō plausu gaudebitnus omnes.  
Ille per has messes, hæcq; infelicia nobis  
Lustra, tamen nunq; voluit Ductore carere  
Hunc populum, Patribus plebem, Rectore Lycaeum,  
Doctore aut cathedram. Quin & queis morte beatâ,  
Has sedes migrare dedit, suffecit avitâ  
Virtute & studiis non ullâ ex parte minores.  
Ecce Tibi geminis junctô prope funere mersis  
Consulibus, trepidare urbem, mussare Senatum  
Aspiceres, tantum dignus qvis Destina pondus  
Succollet, fractus morbis cuî succubus Atlas  
Cesserat, & clavum dextrâ moriente remittens  
Cum vitâ curis vacuus transnauerat astra.  
Cum solitâ bonitate DEUS reparare lacunas  
Nutantemq; suo satagens sub pondere molem  
Restaurare jubet, Te STINTI aptare lacertos  
Alcides fracto ut succedas firmus Atlanti  
Æneas Palinure tibi, Juturna Metisce;  
Non faba Te fallax legit, non calculus albo  
Conspicuus signo, aut fulvo qvæ fulgurat auro  
Sphærula; non sparsis vani subsellia vulgi  
Mercatus nummis; non duras blanda rogasti  
Prensando dextras supplex suffragia plebis.  
Sed DEUS & concors Patriæ censura Parentum,  
Sed Pietas, sed prisca Fides, sed nescia falsi  
Pectora, sed longos Prudentia parta per usus.  
Consule Te lecto, ceu terras ultima qvondam  
Liquerat, & coelos vitiis Astræa coacta

Cum

Cum coeloq; Jovem petiit, sic præpete pennâ  
Prima redit, redeunt unâ Clementia natu  
Maxima, qvæ mediæ trepidantia frigora zonæ  
Consortat flammis, longisq; incognita seclis  
Rellgio & Germana Fides, Verumq; profundo  
Emergit puteo; rediit Rhamnusia pravis  
Difficilis, facilisq; bonis; hæc tota Dearum  
Læta cohors placidis ventorum adremigat alis  
Et tua concelebrat merita præconia laude.  
Diva Themis lævam cui lanx suspenderat æqua,  
Dextera sed palmâ & gladiô splendente corusca  
Fulgebat, mixtô cum majestate pudore  
Melli fluô tales effudit pectore voces:  
Consulibus junctum Te, STINTI, & jura daturum  
Huic porrò populo, gratum est, summusq; Jehova  
Hoc faustum velit esse diu populoq; saluti:  
Tu nos digressas cœlô, desueta subire  
Templa facis, Tu nos super æthera cognita virtus  
Et niveus candor Tibi munera ferre coegit.  
Accipito lancem, qvæ nunquam pondera vara  
Dissimulare potest, iustō sacomate semper  
Rem preciō exæqvans, rectōq; examine verum  
Et falsum ostendens; hac Tu jura æqua Qvirini  
Distribues populo, pressumq; à divite egenum  
Sustolles, causas iustō libramine pensans.  
Insuper hunc gladium capias, qvem palma micantem  
Investit; Magnō depresso ut pondere palma  
Nititur in cœlos mage cedere nescia, sic Te  
Non æqvum est Patriæ curis succumbere, flecti  
Vel precio aut precibus, sed justis præmia confer,  
De pravis gladio nobis ultiro parentans.

(3)


Nec

Nec Dracō sis crudūs cupio, strictāvē rigorem  
Justitiae docuisse velim, Clemētia nostris  
Æstibus imperat, Dominā potiora monenti  
Velificare Tuꝝ, placidos nec spernito jussus.  
Summus enim sparsam toties si Jupiter æthram  
Contraheret, furvō demittens ignea cœlō  
Fulmina, id exposcunt qvoties delicta malorum,  
Qvæ tot tela manus, qvæ tot fabricare cavernæ  
Arma Jovi possent? nunc unus sufficit illi  
Mulciber, huic undō Lipare contenta caminō.  
Nec qvavīs etiam positus regione polorum  
Teſa trisulca vibrat, summā sed ab ætheris arce:  
Dum piceas trahit huc nubes, dum fulmine claudus  
Mulciber atrepidat, dum Vestam perpluit imber,  
Dum tonitrusq; moyet, dum dextrā librat ab aure  
Missile, laxatum fecit Clementia telem  
Ponere sæpe Deum. Constrictas Roma secures  
Esse suas voluit, vires qvo carperet iræ,  
Adderet & veniaſ ſpacium. Sic Te qvōq; parva  
Si qvando cæcō commissa eſt impete noxa.  
Negligere eſt melius, facilemve imponeſt multam.  
Pessimus aſt ſiqvis ſtudiō malefacta peregit,  
Tunc mea ſacra move, tunc credas eſſe verendæ  
Crudelem pietatis opus, tunc enſe reſecta  
Pars pereat putris, ne candida membra trahantur.  
En capē ſis frenum, qvō Te Rhamnusia dono  
Mactat, eō cunctos regito, motuſq; popelli.  
Corrige flexanimi; hoc proprios ſua ſub juga mitte  
Affectus: nunqvat̄ poiponens publica privis  
Commoda; ſynceram mentem non gratia flectit  
Non odia immutent; ſed ſemper candidus æqvam

Justi-

Justitiam foveas ; Merito sic præmia virtus  
(Ceu coram Tibi cuncta, animum cape, promere possum  
Nam lapides & saxa loqvar, gazamq; malorum.)  
Qvæ dare-cunq; solet, geniali deferet horreō.  
Nec Tibilivor edax, nec falsō lingua susurrō  
Percita detrectare ferō cum dente Theonis  
Cessabit ; dum Tu curis privata relinqvis  
Oppletus populi, lapidem hunc molimine versans  
Assiduō, Spartam rectè exornare laborans,  
Omnia dum facies, non ullum gratia factum  
Laude vehet meritā ; sed Te vel publica curis  
Postposuisse feret propriis, vel Jura subactū  
Irarum atq; odii stimulis non æqua dedisse.  
Despice Tu cuncta hæc mentis Tibi conscius albæ,  
Futuſs erectus contemnens verbera linguae,  
Luca/uti bos muscas nescit, ceu Luna Lyciscæ  
Latratum, & vacuos deridet in aere mortuſs  
Candida per medios cœlorum volvitur axes  
Searita, nocte patens clarā, compacta minutis  
Dicitur à vulgo stellis, hæc Lætea sanctos  
Spiritus, æterni qvi semper firma Tonantis  
Foedera, jusq; sacrum nexu coluere pudico  
Excipit, hic ubi Te curis matura senectus  
Exsolvet, (tardum hoc Patriæ opto) sede paratā  
Exspectant populi Proceres functiōq; Dynastæ.  
Tunc croccus riſtu livor pallente fruentem  
Aëre communi summe qvem roſerat, idem  
Sedibus æthereis meritā Te laude potitum  
Evehet, & dicet, Fuit Hoc Ter Consule felix  
**Rostochium! Nore Dex;** Te CONSULE FAXIT  
ROSTOCHIUM DOMINUS FELICEM ! En mitis Iōva  
Annuit, & dextrō rata foedera fulgere sancit !

— : —







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn774669721/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774669721/phys_0014)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn774669721/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774669721/phys_0015)

DFG

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn774669721/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774669721/phys_0016)



i. Jun. Anno 1640. filia eius primogenita MARGARET  
 quæ 18. Martii Anno 1641. subsequenti Epilepti  
 et a est. 20. Jan. Anno 1642. Pudicissima & optimis  
 filia AGNISA & 17. Nov. Anno 1642. Ornatiss  
 quibus solamen & benedictionem cœlitus vovemus pro  
 autem Sdavisissima MARGARETHA Eggers / absolute  
 in febris ardorem incidens, hoc puerperii tempore 22.  
 spertina, pie & placide obdormivit: Hinc per du  
 non potuit pre negotiis publicis rei familiaris prospicere  
 vota coniubialia transvit & cum Matrona Virtute &  
 CATHARINA Epekers. 3. Dec. Anno 1645. nuptias cele  
 mestissima, cui similiter gratiosam Dei consolatione  
 mur. Tandem Inclitus Senatorum Ordo, ob amplissima pi  
 publicam merita, honorem honori addere decernens  
 te 31. Jan. Anno 1653. illum exornavit, & in locu  
 Consulis prædefuncti JOACHIMI KLEINSCHMIDT  
 Postquam autem hoc tempore finito festo Natalitio, in  
 quo diu erat fatigatus, Macaritem nostrum gravissime in  
 Excellentissimorum & Experientissimorum D<sup>N</sup>  
 PAULI Regie Maj. Dan. Medici aulici felicissimi &  
 STFRRI P. P. & Archiatri adhibita quidem fuit in  
 morbi vehementia omne medicamen respuens, ita pa  
 attrivit, ut inevitabilem ei attulerit ex hac vita migrare  
 Quod præagiens DN. Consul omnies cogitationes &  
 Reipublicæ bono intenderat, in cœlum per veram pen  
 de Christo Redemptore suo loqui maluit quam de mundo  
 propter Virum Plurimum Reverendum & Excellentissi  
 RUM. MAURITIUM, S. S. Thelog. D. P. P. & Superius  
 sum, Amicum nostrum honoratissimum, vocari iusti  
 ti sacro ministerio prævia confessione S. cœnam &  
 & illo viatico instructus pia & placida morte ex hoc  
 patriam 8. Martii hor. 1. pomeridiana anni 1653



edit,  
 extin  
 lar a  
 N N a  
 njua  
 artu  
 o. ve  
 iduns  
 unda  
 bicta  
 jam  
 reca  
 Rem  
 ligni  
 s DN  
 avit.  
 uticus  
 licoru  
 N IS  
 CMEI  
 amen  
 s ejus  
 atem.  
 tenus  
 exit &  
 Qua  
 ASPA  
 fidelis  
 rasen  
 ecepit,  
 lestem  
 gravit,  
 & lau

Patch Reference Chart EX3 Serial No.   
 Image Engineering Scan Reference Chart UTT